Causa enim ut in pluribus, tunc cum non impedita, est impedibilis et potentiam habens ut non fiat ab ea effectus, licet non habeat potentiam ut impediatur non impedita. Non percipientes autem quidam praedictas necessitates, inciderunt in diversos errores. Quidam enim, attendentes quod causa, non impedita et universaliter existens in dispositione in qua habet causare effectum, non est in potentia ad non causandum ipsum sic se habens, dixerunt omnia necessario evenire; et apparet iam in quo erraverunt. Alii autem, ut vitarent hunc errorem, inciderunt in alium dicentes quod causa, existens in dispositione illa in qua habet causare effectum, causa nullo modo esset ad effectum necessaria, quia tunc tolleretur consilium et liberum arbitrium. Distinctio autem praedicta necessarii solvit hanc ipsorum ignorantiam. Si omnia evenirent necessario, a causis videlicet non impedibilibus, otiosum esset consilium ad impediendum quosdam effectus futuros, ut si comestio veneni esset causa mortis non impedibilis, otiosum esset quaerere consilium medicinae. Hoc etiam ipsum quod est : ipsam causam, producentem effectum, esse causam non impedibilem et necessariam, tolleret arbitrii libertatem, quia tunc omne velle nostrum causaretur a causa cui non posset resistere voluntas. Sed hoc ipsum quod est : comestio veneni, non impedita, non est in potentia ut non causet mortem non impedita, non removet consilium medicinae. Sed non consulendum ut comes-

19 tunc] *MOP*, tantum *leg. Mandonnet*, *om. L* 21 ut] *MOP*, et non *L* 21 Non percipientes] *P*, Non de percipientes *L*, Non depercientes *O*, Non percientes *M* 22 inciderunt] inciderant *M* 23 enim] *om. O* 24 causare] *MOP*, causatae *L* 24 effectum] non habet potentiam vel *add. L* 25 sic se habens] *MOP*, *om. L* 26 necessario] *MOP*, de necessitate *L* 28 causa] *MOP*, omnia *L* 28-29 habet ... effectum] *P*, *om. LMO* 29 nullo] *LMOP*, non *exp. P*, non ullo *leg. Mandonnet* 30 quia] qua *M* 30 consilium ... arbitrium] *MOP*, 4-3-1-2 *L* 31 praedicta] *MO(P)*, praedicti *L* 33 impediendum] pediendum *M* 34-35 ut ... medicinae] *i.m. sup. P* 34 causa] *om. O* 36 producentem] quemcumque *add. i.m. P* 36 non] *MOP*, *om. L* 37 et] *MOP*, *om. L* 37 libertatem] *MOP*, liberationem *L* 38 nostrum] necessarium *leg. Mandonnet* 39 Sed] si *add. L* 39 quod est] *L*, quod *MP*, est *O* 40 causet] *MOP*, causat *L* 40 impedita] *MP*, impeditam *LO* 41 non] consuducat sed *add. O* 41 consulendum] consuetudo *leg. Mandonnet* (*P* : 9sud) 41 ut] *MP*, quod *L*, quia *O*

tio veneni, quae non impedita, mortem non inducat; sed consulendum quia comestio veneni, quae non impedita, impedibilis erat, ut alias comestio praedicta auxilio me- [fol. 107$^{va}$] -dicinae impediatur et mortem non inducat. Hoc ipsum autem quod est: voluntatem moveri ad volendum semper sub causa existente in dispositione illa in qua nata est movere voluntatem, et voluntate etiam existente in dispositione illa in qua nata est a tali moveri, non tollit arbitrii libertatem, eo quod nihil moveat voluntatem quin impedibile sit a motu, etsi tunc non sit impeditum quando eam movet. Unde considerandum quod libertas voluntatis in suis operibus non sic est intelligenda, quod voluntas sit prima causa sui velle et sui operari potens se movere ad opposita, ab aliquo priori non mota. Voluntas enim non movetur ad volendum nisi ex aliqua apprehensione. Non est etiam haec libertas voluntatis quod, ipsa voluntate existente in dispositione illa in qua nata est moveri ad aliquid volendum, et movente etiam existente in dispositione in qua natum est movere, habeat aliquando non moveri voluntas, vel habeat potentiam ut non moveatur sic disposita et agente sic disposito; hoc enim est impossibile. Sed consistit in hoc libertas voluntatis quod, etsi ab aliquibus inveniatur aliquando mota voluntas, cum non sint impedita huiusmodi moventia voluntatem, talis est natura voluntatis quod quodlibet eorum, quae habent movere

42 quae] *OP,* quod *L, om. M* 42-43 mortem ... impedita] *MP, om. LO (homoioteleuton)* 42-43 consulendum quia] *M,* ut *P* 45 est] quod *add. O* 46 in] *LP,* insunt *MO* 46 in dispositione] indispositione *M* 47 voluntatem, et] *LP,* movere *O, om. M* 47 voluntate etiam existente] *P,* voluntatem etiam existentem *LO,* voluntatem etiam existente *M* 48 illa] *om. MOP* 48 est] *LP, om. MO* 48 a tali] *i.m. P* 49-50 quin ... eam] *iter. L* 50 impeditum] *LP,* impedimentum *MO* 51 considerandum] est *add. MO* 51-52 sic est] *MOP,* 2-1 *L* 53 movere] *LP,* moveri *M,* mutari *O* 53 aliquo] alio *O* 54 aliqua] *MOP,* quadam *L* 55 etiam *MOP, om. L* 55 haec] hoc *leg. Mandonnet* 56 illa] *LP, om. MO* 56 ad aliquid] *MO,* 2-1 *L,* ad *P* 57 volendum] movendum *O* 57 natum] *LP,* nata *MO* 58 habeat[1]] *MO,* hanc *L,* possit *P* 58-59 habeat potentiam] *LMP,* 2-1 *O,* hanc potentiam *leg. Mandonnet* 61 etsi] *LP,* si *MO,* libertas *add. L* 61 inveniatur aliquando] *LP,* 2-1 *MO* 62 sint] *P,* sit *LM,* sunt *O* 63 eorum quae habent (nata sunt *P*)] *MOP,* cor quod habet *L*



voluntatem, valeat a suo motu impediri; quod contingit voluntati econtra ad appetitum sensualem, quia voluntas vult ex iudicio rationis, appetitus autem sensualis appetit ex iudicio sensus. Nunc ita est quod nos nascimur cum determinato iudicio sensus [fol. 107$^{vb}$] circa delectabilia et tristabilia, haec determinate sentientes delectabilia, illa cum tristitia. Propter quod autem appetitus sensualis non libere quaecumque appetit vel refugit. Non sic autem nascimur cum determinato iudicio circa bona et mala, sed possibile alterutrum; propter quod et in voluntate.

Ad tertium dicendum est quod accidentia, quae habent causam unam nec potest unum eorum evenire nisi a causa a qua evenit alterum, necessaria sunt; immo nec proprie sunt accidentia, sicut in exemplo prius posito, quod florente hac arbore floret et alia. Sed, quae concurrunt ex uniente causa, possibile tamen illa evenire a causis diversis, et unum evenire non a causa alterius, concomitantia talium non est necessaria. Sicut cum volente creditore ire ad forum, velit et debitor ex causa communi, utpote

65 ad] ab *O* 65 sensualem] sensibilem *O* 65 quia *MOP,* quod *L* 67 ita est] *L,* 2-1 *MO* 67 nascimur] nascentur *O* 68 tristabilia] *MOP,* tristitia *L* 68-69 determinate] *MP,* determinante *LO* 69 illa] autem *add. MO* 70 autem] *L,* etiam *MO* 70 sensualis] sentiat *leg. Mandonnet,* et *add. O* 71 refugit] Sed si omnia simpliciter essent necessaria, utpote a causis non impedibilibus evenientia, omnis causa a qua moveretur voluntas ad aliquid volendum vel agendum, esset necessaria, nec posset impediri; et sic non esset libera voluntas. Et otiosum etiam esset consilium medici, qui quasdam causas mortis ab effectu niteretur impedire. Otiosum etiam esset studium ut boni fiamus et exercitium abstinentiae contra delectabilia, ne per ipsa efficeremur intemperati. Experimur autem quod, nisi ad hoc studeremus, delectabilibus capti vel tristitias aliquas fugientes vel ex aliqua alia causa vitiosi fieremus *add. i.m. inf. P* 72 possibile] *MOP,* possibiliter *L,* est *add. P* 72 alterutrum] *LM,* alteratur *O* 72 et] *om. O* 75 unam] *MOP, om. L* 75-76 a$^2$ ... alterum] aliqua evenit aliquando *leg. Mandonnet* 76 immo nec] et movet *O* 77 in exemplo] maxime *O* 77 quod] *OP,* quia *L(M?)* 77 floret] *LP,* floreat *MO* 78 quae] *MOP, om. L* 79 illa] *MOP, om. L* 79 unum] non *add. MO* 79 non] *MOP, om. L* 79-80 alterius] cum *add. MO* 81 velit] *MOP,* venit *L*

sterilitate avenae et defectu bladi; quia tamen possibile est ista evenire a causis diversis, et unum eorum non a causa alterius, ita ut accidat quod sint a causa una : propter hoc, quod volente creditore ire ad forum velit et debitor, non est necessarium. Et quia accidens non habet causam unientem proximam nisi per accidens, remota autem, quae Deus est, non inducit necessitatem in concomitantia accidentium, ideo bene dixit Aristoteles (15), quod accidens non est vere ens sed quasi solo nomine, nec vere unum, et quod causa generationis ipsius nulla. Unde, cum aliqua duo in ente per accidens sibi concurrunt, verum est quod habent unientem causam, sed sicut accidit ea esse unita, sic accidit ea esse ab una causa, cum possibile sit unum eorum inveniri a sua causa propria absque eo quod alterum. Hoc igitur quod ens in pluribus non eveniet de necessitate, ut quod comedens calida moriatur, et quod ea quae per accidens, non sunt etiam necessaria, ut quod fodiens inveniat thesaurum, hoc est quod facit quod non omnia necessario futura sunt sed solum ea quae a causis [fol. 108[ra]] non impedibilibus eveniunt, et in praesentibus habent causam talem qualem mors futura habet in corpore animalis praesentialiter vivente.

82 sterilitate avenae] *L*, sterilitate damonae *M*, subtilitate annonae *O* 82 defectu] *LO*, propter defectum *P*, defectum *M* 84 ut] *MOP*, quod *L* 84 sint] *L*, sicut *MOP* 84 propter hoc] *L*, propter *MO*, ideo *P* 85 velit] *MOP*, venit *L* 87 quae Deus (differens *leg. Mandonnet*) est] *LP*, quaeremus *MO* 88 in] et *O* 88 bene] *LP*, *om. MO* 88 dixit] *MOP*, dicit *L* 90 quod] tota *add. MO* 90 Unde] *OP*, unum *LM* 91 in ente] *MOP*, etiam entia *L* 91 sibi] *MOP*, *om. L* 91 concurrunt] *LP*, concurrant *MO* 92-93 unita ... esse] *om. MO (homoioteleuton)* 93 cum] non *O* 94 eo] *LP*, eorum *MO* 94 alterum] alterius *leg. Mandonnet* 94 ens] entia *corr. i.m. P* 95 eveniet] *L*, eveniret *MO*, eveniunt *P* 96 et] *MOP*, ut *L* 96 quae] fiunt *add. P* 96 etiam] *P*, et *MO*, *om. L* 97 ut] et *MO* 97 inveniat] inveniet *L*, sepulcrum inveniat *P*, *om. MO* 98 necessario] *LP*, necessaria *MO* 98-99 a causis] accidens *O* 99 impedibilibus] *LP*, impedientibus *MO* 00 habet] *LP*, habent *MO* 1 animalis] alicuius *leg. Mandonnet* 1 praesentialiter] principaliter *O*

(15) Aristoteles, *Metaph.* VI, 2 (1026 b 13).



## IV

Ad primum in oppositum dicendum quod causa effectus ut in pluribus, secundum se accepta, non est ad effectum necessaria; ipsa etiam accepta ut non impedita, impedibilis remanens, non est etiam ad effectum necessaria. Sed verum est quod causa ut in pluribus, accepta ut non impedita et ut in dispositione in qua causa, non est in potentia ut non causet effectum, non impedita et sic se habens; et sic intellexit Avicenna (16) quod omnis effectus respectu suae causae sit necessarius, quae necessitas, sicut prius visum est, non est nisi sicut omne quod est, esse necessarium quando est. Et quia causa ut in pluribus, posita ut non impedita, quamquam et tunc sit in potentia ut impediatur et non producatur effectus, tamen ipsa non impedita non est in potentia ut possit non poni effectus, ea non impedita, ideo ad hoc quod causa ut in pluribus sit causa in actu causans effectum, non requiritur nisi remotio prohibentis nec eget aliquo per se educente eam de potentia ad actum, cum ipsa impedita non sit causa in potentia nisi per accidens.

Ad secundum dicendum per idem, quod effectus futurus contingens, qui eveniet, in habitudine praesentium non tantum habet causam quae est sicut materia, sed et causam in actu, non tamen causam ex qua necessario sit ille effectus futurus; quod sic

3-4 non ... accepta] *om. O (homoioteleuton)* 4 etiam] *LP*, autem *M* 4 impedibilis remanens] *MOP*, 2-1 *L* 5 etiam] autem *O* 5 verum] nomen *O* 6 ut[1]] *MOP*, et *L* 6 in[2]] *om. M.* 8 habens] *MO*, habent *L* 8 sic[2]] *LMO et corr. s.v. P*, hoc *exp. P* 11 esse necessarium] *MOP*, 2-1 *L* 12 ut] *MOP*, et *L* 12 tunc] tantum *leg. Mandonnet* 12 sit] *MOP*, sint *L* 15 causa[1]] *MOP*, causat *L* 15 causa in] causam *M* 15 causans] causet *LMO*, *om. P* 15 effectum] effectus *P* 16 eget] aget *M* 16 per se] *LMO et s.v. P* 16-17 per se educente] *MOP*, 3-1-2 *L* 17 ad] *LMO et corr. s.v. P*, in *exp. P* 18 causa] *MOP*, *om. L*

19 per idem quod] *M*, propter idem quod *O*, quod idem *L*, sicut prius *P* 19-20 futurus contingens] *MOP*, 2-1 *L* 20 eveniet] *LP*, eveniret *leg. Mandonnet*, evenit *MO* 20 tantum] *LP*, tamen *MO*

(16) Avicenna, *Metaph.* VI, tr. 3 (éd. 1508, fol. 92[rb], text. A).

apparet. Potest enim habere in habitudine praesentium causam non impeditam sine medio, per medium unum vel plura. Et talis, sicut visum est, non est ad effectum necessaria, nec tamen causa solum sicut materia egens aliquo quod ipsam faciat causam in actu. Unde deficit ratio supponens quod, si effectus futurus in habitudine praesentium non habet causam quae sit causa tantum ut materia, quod ideo iam praesentialiter existat aliqua causa illius effectus non impedita et necessaria.

Eodem modo solvitur tertium sicut [fol. 108$^{rb}$] apparet inspicienti.

Ad quartum dicendum quod ad hoc quod omnia evenirent necessario etiam respectu Causae Primae et totius connexionis causarum et habitudinis praesentium, exigeretur quod nihil esset ens per accidens, non tantum in respectu Causae Primae, et quod non tantum Causa Prima esset non impedibilis causa, immo etiam quod non posset esse accidens impedimentum respectu causarum mediarum, per quas Causa Prima effectus suos producit, ut dictum est prius.

Ad aliud de providentia sciendum est quod QUIDAM dixerunt : omne illud quod fiet, futurum necessario propter id quod tangitur in tribus rationibus de providentia divina superius habitis. Sed errant. Providentia enim divina necessitatem rebus non imponit; quod sic apparet. Providentia divina nihil aliud est quam ratio practica seu intellectus connexionis et ordinis cau-

23 habitudine] habitudinem *leg. Mandonnet* 23 causam] *LMO, om. P* 24 sine] in me *M* 26 solum] *MOP,* solis *L* 26 egens] agens *M* 26 quod ipsam] per ipsum *O* 26 faciat] esse *add. L* 27-30 Unde ... necessaria] *om. P* 28 quae sit causa] *om. O* 29 iam praesentialiter] *L,* iam (non *O*) principaliter *MO* 30 impedita] impeditus *L,* impedibilis *MO*

31 solvitur] ad *add. MO*

34 etiam] *MP,* et *LO* 34 et] *LMO, om. P* 34-36 totius ... et] *om. MO (homoioteleuton)* 36 non] *P,* nisi *L* 37 Prima] *MOP, om. L* 37 impedibilis] *MOP,* impossibilis *L* 38 impedimentum] impeditum *leg. Mandonnet* 40 ut ... prius] *L,* 1-4-2-3 *MO, om. P.*

41 de] *LM,* quod *O* 42 illud] *MO, om. L* 42 id] *L,* illud *MO* 44 rebus] *LP, om. MO*



sarum ad sua causata. Quodsi dictus ordo et connexio futuris omnibus necessitatem non imponit, sed tantum quibusdam, quae fiunt ex causis non impedibilibus, nec etiam ratio dictae connexionis necessitatem imponet, quia si causae quas praeordinat paterfamilias in aliquem finem, necessario illum non inducunt, tunc nec ratio seu intellectus vel providentia patrisfamilias.

Propter hoc dixerunt ALII [17], quod per providentiam divinam providetur de aliquo futuro non solum quod fiet, sed et qualiter fiet, utpote, secundum conditionem causae proximae, contingenter vel necessario; et ideo de eventu futurorum contingentium dicunt quod necesse est quod talia fiant, contingenter tamen. Sed iste sermo potest intelligi tripliciter. Uno modo ut intelligatur non quod huiusmodi futura necessario fiant, sed quod in eventu huiusmodi futurorum necesse est esse contingentiam, ita quod, si fiant, necesse est quod contingenter; et hoc est verum; sed hoc non intendunt dicere dicentes quod necesse est quod fiant huiusmodi futura, contingenter tamen, cum intentio eorum sit [fol. 108$^{va}$] ponere necessitatem et infallibilitatem in eventu huiusmodi futurorum, eo quod provisum est de ipsis quod fiant, providentia infallibili. Et ideo secundo modo potest intelligi per sermonem dicentem quod necesse est quod huiusmodi futura fiant, contingenter tamen, quod huiusmodi

47 causata] *MOP,* causa *L,* quod *add. L,* quod si *add. MO* 47 dictus] ductus *O* 48 quae] *MOP,* qui *L* 50 imponet] *LMO,* imponit *P* 51 paterfamilias] prfa$^{as}$ *leg. Mandonnet* 51 illum] *LP,* illis *M,* illius *O* 52 patrisfamilias] *MOP,* pusfa$^{as}$ *leg. Mandonnet,* patrifamilias *L.*

53 alii] *LMO,* aliqui *P* 53-54 per providentiam divinam *(om. O)*] *MOP,* providentia divina *L* 54 et] *LP,* etiam *MO* 58 tamen] *om. O* 58 tripliciter] *L,* dupliciter *MO* 58 ut] *L,* quod *MO* 59 non] *MOP,* nihilominus *L* 59 necessario fiant] *LP,* necessarium fiat *MO* 61 quod] *om. O* 61 fiant *MOP,* fiat *L,* quod *add. LMO* 62 hoc] *MOP, om. L* 63 necesse est quod] *MO, om. L (homoioteleuton)* 63 tamen] *MO,* tantum *L* 66 fiant] *om. O* 66 infallibili] intelligibili *O*

(17) Cf. S. THOMAS, *Summa theol.* I, 22, 4 in corpore et ad primum; *Metaph.* VI, lect. 3 (CATHALA n. 1220).

futura contingenter eveniant relatione ad quandam causam eorum impedibilem, et quod tamen necesse sit quod fiant, relatione ad providentiam et totam causarum connexionem. Et hoc est dicere quod simpliciter necessario eveniant, licet respectu ad aliquid sint contingentia; sed, sicut prius visum est, omnia esse necessario futura etiam in respectu ad totam connexionem causarum, falsum est. Tertio modo potest intelligi quod velint dicere contingentiam esse simpliciter etiam in respectu ad providentiam divinam et causarum connexionem, et non tantum in respectu ad aliquam causam. Sed tunc in dicto sermone implicantur opposita, quae simul stare non possunt. Non enim stant simul quod necesse sit quod *a* fiat et tamen contingenter fiat. Talia autem non dicunt nisi ut, propter infallibilitatem providentiae divinae, infallibilitatem ponant et necessitatem in eventu omnium futurorum. Sed sicut prius dictum est, si connexio, ordo et habitudo praesentium necessitatem futuris omnibus non imponit, tunc nec intellectus huius ordinis et habitudinis practicus.

Sed est diligenter attendendum quod, si praeintellectum esset de aliquo futuro quod diximus contingens, quod fiet, et praeintellectum esset hoc intellectu, qui esset illius in se, non in alio, et per propriam eius rationem, et intellectu infallibili, sive intellectus esset divinus sive quicumque alius, illud esset

69 futura] suantur (?) *O* 69-70 quandam ... ad] *om. O (homoioteleuton)* 69 quandam causam] *LP*, 2-1 *M* 70 tamen] *M(P)*, tantum *L* 70 ad] *MP*, *om. L* 71 est] *om. O* 73 sint] *LM*, sit *O* 73 prius] *LM*, *om. O* 73 omnia] *iter. O* 74 etiam] *M*, et *L*, *om. O* 75-76 contingentiam] *MO(P)*, contingentia *L* 76 esse simpliciter] *L(P)*, 2-1 *MO*, non tantum in respectu ad aliquam causam, sed *add. P* 76 etiam] *MOP*, *om. L* 76-77 divinam] *om. O* 78 aliquam] *MP*, aliam *LO* 80 sit] *om. O* 80 autem] praedicti *add. P* 80 dicunt] *MP*, ducunt *O*, *om. L* 82 Sed] hoc non oportet dicere nam *add. P* 84 omnibus] *LP*, hominibus *MO* 85 ordinis et habitudinis (huiusmodi *leg. Mandonnet*)] *MOP*, 3-2-1 *L*
86 Sed] *L*, etiam *P*, et *MO* 86 praeintellectum] per intellectum *O* 87-88 de ... esset$^1$] *om. O (homoioteleuton)* 88 hoc] et hoc in *O* 88 intellectu] *MOP*, intellectum *L et leg. Mandonnet* 88 non] *iter. L* 89 propriam eius rationem] *MOP* (1-3-2 *MO*), proprias eius rationes *L* 89 et$^2$] in *O* 89 intellectu infallibili] intellectum infallibilem *leg. Mandonnet* 90 esset$^1$] intellectus *add. L*



necessario futurum. Unde, quia QUIDAM assimilant intellectum divinum, quo intelligit de aliquo futuro quod fiet, suo intellectui, po- [fol. 108$^{vb}$] -nentes et illum intellectum infallibilem, necesse habent dicere omnia necessario futura, sicut et dicit AVERROES *Sexto Metaphysicae* (18), quod secundum illud quod dicitur in *Exemplis legalibus*, quod omnia scripta sunt in tabula et quod illud, quod scriptum est, oportet quod exeat ad actum, omnia sunt necessario futura. *Exempla* enim *legalia* accipiunt quod in intellectu divino est intellectus de omnibus quae fient, ipsa fore, et intellectus quo illa intelliguntur in se, non in alio, et per propriam rationem. Sic enim accipiunt *Exempla legalia* omnia esse scripta in tabula : intendens AVERROES per scripturam in tabula illud quod QUIDAM dicunt praescientiam divinam, providentiam, vel praedestinationem quae pars est providentiae, vel librum vitae.

Sed advertendum quod nec praesentia nec futura vel eventus futurorum intelliguntur per intellectum divinum intellectu qui sit eorum in se, sed intellectu quo aliquid intelligitur in alio. Nullum enim intellectum habent praedicta in Deo, nisi intellectum qui est sui ipsius et eius substantia. Talis autem intellectus futurorum infallibilis et semper verus non oportet quod futuris

91 Unde] *OP*, Ut *M*, Et *L* 91 quidam] *MOP*, homines *L* 93 illum intellectum] *LP*, 2-1 *MO* 94 omnia necessario (necessarium *MO*) futura] *LMO*, quod omnia eveniunt necessario futura *P*, quod omnia futura necessario sunt futura *corr. s.v. et i.m. P* 94 et] *L*, etiam *P*, *om. MO* 94 Averroes] Avicenna *O et leg. Mandonnet* 95 illud] *MOP om. L* 96 in tabula] *P*, tabula *L*, tabulis *MO* 97 est] *MOP*, *om. L* 98 sunt necessario] *LP*, 2-1 *MO* 98 in] *P*, *om. LMO* 99 omnibus] rationibus *O* 00 intelliguntur] *LP*, intelligendo *leg. Mandonnet*, intelligantur *MO* 00 in$^2$] *om. O* 00-1 propriam rationem] *MOP*, proprias rationes *L* 1 omnia] *MOP*, *om. L* 2 Averroes] *P*, Avicenna *leg. Mandonnet*, autem *LMO* 4 pars est] *L*, 2-1 *MO* 4 vel ... vitae] *LP*, *om. MO*
5 advertendum] *MOP*, attendendum *L*, est *add. MO* 5 nec$^1$] *om. MO* 6 divinum] quod *add. M* 6 intellectu] intellectum *leg. Mandonnet* 7 se] *LP*, esse *MO* 7 intellectu] intellectum *leg. Mandonnet* 8-9 intellectum] intellectu *L*

(18) AVERROES, *Metaph.* VI, text. 7 (éd. 1542, fol. 146r).

cum ex causis ordinatis non est necesse sequi aliquem effectum, tunc nec ex ratione practica illius ordinis. Latet autem sequi, si provisum est quod *a* fiet, ipsum *a* fore : hoc contingit quia providentia sui eventus intelligitur ad similitudinem nostri intellectus et nostrae providentiae de aliquo futuro quod ipsum fiet.

Ad tertium de providentia dicendum est quod, sicut alicuius mutabilis potest esse in Deo scientia immutabilis eo quod non scitur scientia quae sit eius in se sed in aliquo [fol. $109^{rb}$] immutabili, sic etiam potest esse fallibilis futuri providentia infallibilis. Advertendum tamen quod, quamquam fallibile sit *a* fore, nihilominus tamen eventus ipsius *a* non potest fieri extra ordinem Primae Causae, sed etiam hoc ipsum posse non fore non est extra eius ordinem.

Eodem modo quo dictum est de providentia divina, si argueretur ex praescientia divina futurorum vel praedestinatione, esset dicendum.

Et in hoc terminantur sex problemata et una quaestio, et hoc determinatum est a magistro Sigero de Brabantia.

50 practica] ponatur *leg. Mandonnet* 50 Latet autem] *LM,* Latetet autem *O,* Quod autem videtur *P* 51 contingit] *P, om. LMO* 51 quia] quod *O* 52 sui] sive *legit Mandonnet* 52 intelligitur] *LP,* intellectus *MO*

54 est] *L, om. MO* 54-55 alicuius mutabilis] actus immutabilis *leg. Mandonnet* 55 mutabilis] intelligibilis *O* 55 esse] scientiam *add. L* 55 scientia] *MP, om. LO* 55 immutabilis] *MOP,* mutabilis *L* 56 sit] *MOP,* est *L* 56-57 immutabili] immutabiliter *leg. Mandonnet* 57 etiam] *OP,* et *LM* 57 esse fallibilis futuri] *L,* 2-1-3 *MO,* 1-3-2 *P* 58 quod] *LP, om. MO* 59 ipsius] *om. O* 60 Primae Causae] *LP,* 2-1 *MO* 60 etiam] *L,* et *M, om. OP* 60 ipsum] quod *add. L* 60 est] *MOP, om. L*

62-66 Eodem ... Brabantia] *om. P* 62 divina] *L, om. MO* 63 praescientia] *LM,* praesentia *O*

65-66 Et ... Brabantia] *L, om. MO.*



## <ADDITION DE GODEFROID DE FONTAINES (P)>

Si arguitur contra praemissa (quod universaliter causa, ex qua sequitur quicumque effectus, non sit impedibilis a productione effectus, sic) illa causa non potest impediri, quam nihil potest impedire; quia, licet ex aliqua natura seu potentia sit posse impediri et posse impedire, sicut est universaliter differentia potentiae passivae ad activam, tamen, cum potentia passiva non habeat rationem potentiae nisi in habitudine ad activam, ablata potentia activa, aufertur et passiva; et sic illud quod nihil potest impedire, non potest impediri. Sed causam, ex qua sequitur aliquis effectus, nihil potest impedire, quia nihil eorum quae operantur ad productionem effectus, qui sequitur ex sua tali vel tali causa, potest illam causam impedire, cum potentia activa non sit ad contraria, nisi forte rationalis quae etiam, accepta ut activa, ad unum tantum est. Totus autem ordo causarum operatur ad productionem effectus, qui sequitur ex quacumque causa. Nihil ergo contentorum in toto ordine causarum potest impedire causam, ex qua sequitur effectus; ergo omnino nihil, cum omnia sub ordine universi sint contenta.

Dicendum quod haec ratio nititur concludere falsum et contra intentionem Aristotelis [20] dicentis quod multae causae producunt effectus suos, quae tamen impedibiles sunt et natae suscipere impedimentum.

*Maior* autem non est usquequaque vera. Existentia enim potentiae passivae non requirit ut simul cum illa existat quaecumque potentia activa, utpote proxima et approximata passivae (et) ad agendum sufficienter disposita; sic enim non inveniretur aliquid esse in potentia nisi cum esset in actu. (Hoc etiam patet exemplo. Ars siquidem medicinae potentia quaedam activa est

68-70 quod ... effectus] *i.m. inf.* 70 sic] *i.m.* 70 causa ... quam] tamen ... qua *leg. Mandonnet* 73 potentiae] activae ad *exp.* 73 passivae] passivam *corr.* 81 tantum] determinatum *exp.*

91 requirit] requiritur *leg. Mandonnet* 92 approximata] approximatae *corr.* 92 et] *s.v.* 94-6 Hoc ... activa] *i.m. inf.*

[20] Aristoteles, *Metaph.* VI, 3 (1027 a 29-b 11).

necessitatem imponat, ita quod dicendum est de aliquo futuro contingenti, quod non est provisum et praeintellectum a Deo ipsum fore, cum nihil sit provisum a Deo et praeintellectum nisi quod est verum. Nunc autem, sicut vult ARISTOTELES in *libro Perihermeneias* (19), quamquam navale bellum fore vel non fore sit verum, non tamen divisim contingit alterum vere dicere. Si enim navale bellum fore esset verum, tunc navale bellum fore esset necessarium, ut *ibidem* pertractatur. Aut si graviter sonat in auribus aliquorum, quod non sit hoc praeintellectum a Deo, tunc dicendum, sicut prius dictum est, quod, cum hoc ipsum, quod est *a* fore, in Deo non habeat intellectum, nisi qui est ipsius substantiae divinae et ipsa substantia divina, etiam talis intellectus ipsius *a* quod fiet, qui est eius in alio quodam immuta- [fol. 109$^{ra}$] bili, quamquam quod *a* fiet sit mutabile, nullam imponit necessitatem ipsi *a* ad eventum.

Ex quo respondendum ad primum concedendo maiorem : quod 'effectus futurus qui habet causam praesentem ex qua necessario sequitur, de necessitate eveniet'; et negando minorem quae accipit quod 'omnia, quae evenient, habent causam praesentem ex qua necessario sequuntur'; et cum probatur : 'quia provisum est de ipsis quod fient', potest negari ut dictum est; et quod non est provisum quod *a* fiet, cum nec hoc sit verum : vel dicendum quod, licet provisum sit quod *a* fiet, et providentia infallibili, est tamen hoc fallibile quod *a* eveniet, eo quod illa providentia et intellectus ipsius *a* infallibilis non est eius in se sed in alio immutabili. In intellectu enim divino mutabilia habent scientiam immutabilem et futura etiam fallibilia praescientiam et providentiam infallibilem.

Ad secundum de providentia dicendum per idem, aut negando antecedens, scilicet quod provisum est quod *a* fiet, ratione praedicta; aut interimendo consequentiam qua dicitur quod, si provisum est *a* quod fiet, ergo *a* fiet. Si enim ex habitudine praesentium et connexione causarum non sequitur quod *a* eveniet, — tunc enim esset necessario futurum ex illis, — tunc etiam nec ex existentia Causae Primae, cum Causa Prima illud causare non habeat nisi per medias causas; et, si ex praedictis non sequitur quod *a* eveniet, tunc etiam nec ex providentia quam in Deo habet, cum providentia quam in Deo habet, Deus sit; et quia etiam,

11 quod] *om. M* 11 dicendum est] *LP,* posset dici *MO* 12 est] *MP, om. LO* 12 provisum] sit *add. O* 12 ipsum] *MOP, om. L* 13 sit] *om. O* 13 provisum] etiam *add. O,* et *add. M* 13-14 nisi ... verum] *MOP,* non vero *L* 14 vult] *L,* videtur velle *MO* 14 libro] *L,* I$^{o}$ *P, om. MO* 16 contingit alterum (aliquando *leg. Mandonnet*)] *MOP,* 2-1 *L* 16 vere dicere] *LP,* dicere verum *MO* 17 navale ... fore] *MOP,* 3-1-2 *L* 17 esset] essent *M* 18 ibidem] *MO,* idem *L* 18 ut ... pertractatur] *om. P* 18-19 si ... aliquorum] *LP,* quia hoc videtur contra veritatem *MO* 20 prius dictum] *L,* praedictum *MO,* dictum *P* 20 quod$^{1}$] *MOP, om. L* 21 habeat] *LP,* habeant *MO* 21-22 ipsius ... divinae] *LMP,* 2-3-1 *O* 22 ipsa substantia] *P,* substantia etiam *L,* substantia *MO* 22 etiam] *P,* est *MO, om. L* 24 mutabile] immutabile *MO(?)* 24 imponit] *P,* enim ponit *L,* in potentia *MO* 25 *a*] autem *O*
26 respondendum] *L,* dicendum *MO* 27 effectus] quod effectus *add. O* 27 futurus ... habet] futuri ... habent *M* 28 sequitur] *LP,* sequetur *MO* 28 eveniet] eveniret *leg. Mandonnet* 28-29 et ... accipit] *LMO,* cum assumitur (asseritur *leg. Mandonnet*) *P*

(19) ARISTOTELES, *De Interpretatione* 9 (19 a 29).



30 necessario] *LM,* necessitatem *O* 30 sequuntur] *L,* sequetur *MO* 30 probatur quia] *LM,* probat quod *O* 31 et] *LM, om. OP* 32-33 cum (omnino *leg. Mandonnet*) ... fiet] *MOP, om. L (homoioteleuton)* 32 nec hoc sit] *P,* u$^{o}$ (vero? nullo?) hoc *MO* 32 vel] *P,* aut *O,* a$^{i}$ (aliter?) *M* 33 licet] *P,* quamquam *MO* 33-34 providentia infallibili] provideatur infallibiliter *leg. Mandonnet* 34 est] *MOP,* erit *L* 34 hoc] *MOP, om. L* 34 fallibile] infallibile *O* 34 illa] *MOP,* ea *L* 35 ipsius *a* infallibilis (fallibilis *MO*)] *MOP,* 3-1-2 *L* 36 immutabili] *LP,* mutabili *MO* 36 In] *MOP, om. L* 36 enim] *MOP,* autem *L* 36 mutabilia] immutabilia *M* 37 scientiam] *MOP,* substantiam *L* 37 praescientiam] *LP,* etiam scientiam *MO*
40 scilicet] *L,* videlicet *MO, om. P* 40 quod$^{1}$] *L,* quo dicitur quod *P,* quo *MO* 40 quod$^{1}$ ... fiet] *i.m. P* 40-41 ratione praedicta] *L,* ratione iam dicta *MO,* sicut dictum est prius *P* 41 interimendo] potest interimi (interverti *leg. Mandonnet*) *P* 44 necessario] *LP,* necessarium *MO* 45 illud] ad *O* 46 habeat] *L,* habebit *MO* 46 si] *P,* sic *LMO* 47 *a*] autem *M,* de necessitate *add. i.m. P* 47 quam] qua *leg. Mandonnet* 48 providentia ... habet] *MO, om. L (homoioteleuton),* illa *P* 48 quam] *M,* quod *O* 48 Deus sit] *L,* non sit nisi Deus *P,* sit Deus *MO*

sanitatis et impeditiva mortis accidentalis, utpote ex comestione veneni alicuius contingentis. Cum ergo comestum est aliquod venenum interficiens, potest contingere quod ars medicinae, impeditiva effectus illius veneni, sit corrupta. Corrumpuntur enim artes et regenerantur, et praecipue occultae et difficiles, secundum ARISTOTELEM [21]. Et sic erit illud venenum quoddam impedibile ab effectu suo, cum tamen non sit potentia activa quae ipsum habet impedire, ita quod potentia impedibilis invenitur in tempore in quo non invenitur impeditiva potentia. Impedibile tamen non est natum impediri nisi in illo tempore, in quo potest inveniri potentia impedimenti activa.) Sed verum est, sicut arguitur, quod existentia potentiae passivae requirit existentiam activae alicuius et aliquo modo. Nisi enim esset aliquo modo [fol. 142$^{va}$] quod posset impedire et posset transmutare, nihil esset transmutabile, nihil impedibile. Unde dicit COMMENTATOR *XII$^{o}$ Metaphysicae* [22] quod omnia quae sunt in potentia materiae primae passiva et transmutabili, sunt actu in Motore Primo ut in potentia eorum activa et transmutativa. Sed, ut dictum est, potentia passiva invenitur in tempore in quo non invenitur potentia activa illi appropriata, licet non sit in potentia ad patiendum nisi in tempore quo possibile est esse activam. Et sic non omnino vera est *maior* dicens causam non posse impediri, quam nihil potest impedire.

*Minor* etiam dicens quod causam, ex qua sequitur effectus, nihil possit impedire, simpliciter falsa est; nisi quis opinaretur quod non potest impedire nisi quod impedit. Verum est enim quod, cum ex causa sequitur effectus, nihil illam causam totaliter impedit; sed ex hoc non sequitur quod nihil possit eam impedire. Licet enim nihil eorum quae operantur ad effectum, illam causam possit impedire; licet etiam totus ordo causarum,

96 impeditiva] impedit causam *leg. Mandonnet* 97 contingentis] contingens *leg. Mandonnet* 4 impeditiva] impedita *leg. Mandonnet* 6 impedimenti] impeditiva *corr.* 7 activae] accidentis *leg. Mandonnet* 12 transmutabili] transmutabilia *leg. Mandonnet.*

(21) ARISTOTELES, *Meteor.* I, 3 (339 b 28).

(22) AVERROES, *Metaph.* XII, 3, com. 18 (fol. 304 I-K); XII, 7, com. 37 (fol. 320 I-K); XII, 10, com. 52 (fol. 338 D-F).



ordinatarum ad aliquem effectum, operetur ad productionem illius effectus, non est tamen verum quod totus ordo (causarum totius) universi operetur ad productionem alicuius effectus. Immo, multa sunt in ordine universi, quae non refert esse vel non esse, seu illa esse aut sua opposita, ad hoc ut aliquis effectus fiat ex (sua) causa. Sed hoc verum est quod, cum effectus fiat ex sua causa, nihil est in ordine totius universi quod contrarium agat vel illam causam impediat; sed ex hoc non sequitur quod (nihil sit) in ordine universi quod illam causam possit impedire, nisi dicatur quod non potest operari nisi quod operatur, quod est falsum. Aliquid enim quod potest operari, non operatur tunc cum potest, quia et tunc est defectus alicuius potentiae ad illud opus; sicut potens videre aliquid, non videt illud propter absentiam potentiae visum agentis; et visibile aliquid non videtur propter defectum potentiae passivae, in quam agat. Quando enim agens (, in se et ad passivum,) est in dispositione illa, in qua natum est agere, et passivum etiam est in dispositione illa, in qua natum est pati, in se et ad activum, oportet esse continue opus potentiae activae et passivae. Si enim non, numquam exiret potentia activa et passiva in suum actum. (Immo si, secundum quod ALIQUI dixerunt, causa a qua evenit effectus, accepta ut non impedita et ut in dispositione illa in qua habet causare effectum, in se et ad materiam, adhuc est in potentia ut non causet, a causa ut in pluribus numquam proveniret effectus alicuius partis contradictionis determinatae, sed vel utrumque vel neutrum.) Sed licet, quando aliquid potest esse et non est, vel operari et non operatur, defectus sit alicuius potentiae ad esse vel ad opus, non tamen ideo debet dici quod non est, impossibile esse : nisi impossibile esse, quando non est; nec etiam quod non operatur, impossibile est operari : nisi impossibile operari, quando non operatur. Licet enim, quando aliquid (potest operari, non tamen) operatur, tunc sit defectus actus potentiae ad opus,

27-28 causarum totius] *i.m.* 31 sua] *s.v.*, aliqua *exp.* 31 causa] tamen *exp.* 33-34 nihil sit] *i.m.* 34 nisi] nec *leg. Mandonnet* 35 nisi] nec *leg. Mandonnet* 37 alicuius] actus *leg. Mandonnet* 38 sicut] aliquid *exp.* 41 in ... passivum] *i.m.* 43 activum] *ms.* actum? 45-51 Immo ... neutrum] *i.m. inf.* 50 determinatae] determinate *leg. Mandonnet* 56-57 potest ... tamen] *i.m.*

quia tamen illam potentiam tunc deficientem possibile est esse in posterum, hinc quod illud, quod non operatur, possibile est operari, licet non sit possibile operari, quando non operatur.

Si (adhuc contra) praedeterminata arguitur quod ex illis non declaratur quod sit aliquid eveniens contingenter nisi secundum quid, sed omnia simpliciter sunt necessaria. Sicut licet (aliqua) causa, ex qua sequitur effectus, absolute et sola considerata nata sit impediri, ipsa tamen (considerata) ut stat sub toto ordine causarum, cum absentia impedimenti, ad effectum est necessaria nec potest impediri; et sic effectus, quando refertur in suam causam absolute, contingentiam habet secundum quid, seu secundum aliquid, ut secundum illam causam in se consideratam. Sed cum necessitas vel contingentia, simpliciter et sine determinatione dicta, in eventu alicuius effectus debeat attendi in comparatione ad totum ordinem causarum et ad omnia, quae habent iuvare vel impedire eventum effectus, sic autem considerando eventum futurorum omnia sunt necessaria. Videbitur (ergo) dicta determinatio de eventu futurorum dicere omnia futura necessaria simpliciter, licet quaedam ponat contingentia secundum quid.

Dicendum quod causa ex qua sequitur effectus, secundum se et absolute considerata bene est impedibilis, cum et aliquando impediatur. Considerata etiam ut stat sub toto ordine causarum, per se ordinatarum ad effectum, receptibilis est impedimenti. Removens enim impedimentum vel absentia impedimenti non est de contentis sub causis per se, quae non impeditae producunt effectum. Causa etiam ex qua sequitur effectus, considerata ut stat sub ordine universi seu ut stat sub absentia impedimenti, bene est impedibilis, eo quod per absentiam impedimenti redditur illa causa non impedita sed non redditur non impedibilis, nisi dicatur quod illud, quod non est impeditum, non potest impediri.

Hoc tamen verum est quod causa ex qua sequitur effectus, quae et tunc est non impedita, non est in potentia ad hoc quod

58 illam] *ms.* nullam
61 adhuc contra] *i.m.* 63-64 aliqua] *s.v.* 65 considerata] *i.m.* 66 impedimenti] impediti *leg. Mandonnet* 74 ergo] *i.m.* 88 illud] id *leg. Mandonnet*



impediatur non impedita, ea necessitate qua omne quod est, (esse) necesse est, quando est; vel omne quod erit, necessario erit, quando erit. Non tamen omne quod est, necesse est esse. Sic igitur causa ut in pluribus, non impedita, effectum causat; impedibilis tamen est, quando est non impedita, eo quod cum actu uno stat potentia ad actum contrarium. Ipsa tamen, dum est non impedita, non est in potentia ad hoc quod impediatur tempore quo non impedita; sicut sedens, quando sedet, habet potentiam ad [fol. 142$^{vb}$] standum, et ideo non de necessitate sedet; sed sedens, quando sedet, non est in potentia ad standum sedendo.

Ulterius considerandum quod necessitas qua causa ut in pluribus, non impedita, non est in potentia ad hoc ut impediatur tempore quo non impedita, vel ut non causet effectum tempore quo non impedita, non est necessitas simpliciter sed secundum quid. Necessarium enim est quod impossibile est aliter se habere; impossibile autem privat potentiam ad actum, pro tempore praesenti et quocumque futuro, ita quod illud quod est, vel esse potest in quocumque futuro, non habet rationem impossibilis simpliciter. Illud igitur quod est aliquale et habet potentiam ut aliter se habeat in praesenti vel in aliquo futuro determinato, non est necessarium simpliciter sed tantum quo seu pro tempore determinato. Quod igitur causa non impedita non est in potentia ut non causet effectum suum, quando ipsum causat, vel causa non impedita non est in potentia ut impediatur tempore quo non impedita, est necessitas quo, non simpliciter, eo quod in his non fit privatio potentiae ad aliter se habendum nisi pro tempore determinato.

In summa ergo, deficit primum argumentum in hoc quod accipit tamquam verum quod aliquid non potest impediri, cum non sit potentia activa impedimenti; et in hoc quod accipit quod causa ut in pluribus, ex qua sequitur effectus, non habet in ordine (totius) universi quod ipsam potest impedire. Hoc enim

91 necessitate] e *exp.* 92 esse] *i.m.*
10 et] non *add.* 11 futuro determinato] determinato futuro *leg. Mandonnet* 17 nisi] nec *leg. Mandonnet*
23 totius] *i.m.*

falsum est. Habet enim, licet non impediat, sicut visum est.

Similiter etiam deficit in hoc quod accipit quod causa ut in pluribus, considerata ut stat sub ordine causarum totius universi et absentia impedimenti, ad effectum sit necessaria nec possit impediri. Visum est enim qualiter hoc habet veritatem; (cui veritati concordat COMMENTATOR *II° Physicorum* (23) dicens quod necessarium non est, quod non habet impedimentum seu quod procedit a causa non impedita, sed quod non est natum impediri.)

Item deficit in hoc quod accipit contingentiam, quae debetur effectui in habitudine ad suas causas absolute, esse contingentiam secundum quid. Cum enim effectus eveniat ex sua causa, modus eventus necessario vel contingenter ex modo suae causae, non ex alio, sortitur. A removente enim prohibens, vel absentia impedimenti, effectus non provenit.

25 Similiter etiam] Secundo *leg. Mandonnet* 28-31 cui ... impediri] *i.m. inf.*
32 Item] Tertio *leg. Mandonnet*

(23) AVERROES, *Phys.* II, 2, com. 48 (fol. 66 L-M).

TOME III

J. J. DUIN
DOCTEUR EN THÉOLOGIE

# LA DOCTRINE DE LA PROVIDENCE
DANS LES ÉCRITS DE
# SIGER DE BRABANT

TEXTES ET ÉTUDE

LOUVAIN
ÉDITIONS DE L'INSTITUT SUPÉRIEUR DE PHILOSOPHIE
Place Cardinal Mercier, 2
1954

COLLECTION DE TEXTES ET D'ÉTUDES PUBLIÉE PAR L'INSTITUT SUPÉRIEUR DE PHILOSOPHIE DE L'UNIVERSITÉ DE LOUVAIN, SOUS LA DIRECTION DE FERNAND VAN STEENBERGHEN, PROFESSEUR À L'UNIVERSITÉ.

TOME I

CORNELIO ANDREA GRAIFF, O. S. B.
SIGER DE BRABANT
QUESTIONS SUR LA MÉTAPHYSIQUE
TEXTE INÉDIT
(XXXII-400 pages; 1948)

TOME II

ROBERTO ZAVALLONI O. F. M.
RICHARD DE MEDIAVILLA
ET LA CONTROVERSE
SUR LA PLURALITÉ DES FORMES
TEXTES INÉDITS ET ÉTUDE CRITIQUE
(VI-551 pages; 1951)